BREVIARIUM PATAVIENSE AD USUM CANONICORUM CLAUSTRONEOBURGENSIUM

4. Jahrzehnt 14. Jh. (1330, 1338)

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ginium nunc et per omne seculum qui nos sanctorum meritis ce-
li coniungat gaudiis Amen De omnibus sanctis
Omnes superni ordines quibus dicatur hic dies mille mil-
lenis milies vos audite supplices Primumque virtu-
tes ignee mox replete scientie exinaniate nos potestates ses-
siones dominantes Hinc ditati virtutibus vosque treme-
di nutibus et fulgurosi vultibus christi favete plebibus Tu
pater assis Abraham clarum genus prosapiam tu ipsis
veniam nobis precando veniam Sacer adesto claviger
et nove patris legifer omnisque christi crucifer actus munda-
te pariter Deo patri sit gloria Ad Noc.
Ihesu salvator seculi redemptis ope subveni et pia dei ge-
nitrix salutem posce miseris Cetus omnes angelici patri-
archarum cunei et prophetarum merita nobis precentur veniam
Baptista christi previus et claviger ethereus cum ceteris apostolis
nos solvant nexu criminis Chorus sacratus martirum
confessio sacerdotum et virginalis castitas nos a peccatis ablu-
ant Monachorum suffragia omnesque cives celici annuant
votis supplicum et vite poscant premium Laus ho-
nor virtus gloria deo patri et filio una cum sancto spi-
ritu in sempiterna secula Amen Ad laud
Christe redemptor omnium conserva tuos famulos beate
semper virginis placatus sanctis precibus Beata quoque ag-
mina celestium spirituum preterita presentia futura mala pellite
Vates eterni iudicis apostolique domini suppliciter exposcimus
salvari vestris precibus Martires dei incliti confessoresque
lucidi vestris orationibus nos ferte in celestibus Chorus sa-
crarum virginum monachorumque omnium una cum sanctis omnibus
consortes christi facite Gentem auferte perfidam creden-
tium de finibus ut christo laudes debitas persolvamus alacriter
Gloria patri ingenito eiusque unigenito una cum sancto
spiritu in sempiterna secula Amen De sancto Martino
Martine confessor dei valens vigore spiritus carnis fa-
tiscens artubus mortis future prescius Qui pa-
ce christi affluens in unitate spiritus divisa membra
ecclesie pati reformans unite Quem vita fert proba